



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Sucquet E Societate Iesv Via Vitæ Æternæ

Sucquet, Antoine

Antverpiae, 1630

Consolatio animæ afflictæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54856](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54856)

Consolatio an imæ affi & x.

Deus, Deus meus, qui calum & terram implet, & presentissimus hic mihi es: ad te, ad te de luce vigilo, ad te levavi animam meam, Deus meus in te confido non erubescam, ad te levavi oculos meos, respice in me & miserere mei, neque irideant me unquam inimici mei. Etenim o spes certissima & unica fiducia mea! universi qui sustinent te non confundentur, Hoc enim pro certo habet omnis qui te colit, quod vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur, si autem in tribulatione fuerit, liberabitur, & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. non enim delectaris in perditionibus nostris, qui post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem & fletum exultationem infundis. Set nomen tuum Deus Israel benedictum in sacula. Quocirca & in tribulatione hac N. non ero conturbatus, immo scio & credo etiamsi consistunt adversum me castra demonum. hominumq; non timebit cor meum, etiamsi pater meus, & mater mea, & omnes amici & noti mei dereliquerint me, non derelinques, non despicias me: scio enim, scio, & firmam fide credo te semper, & ubique mihi presentem esse, & fixis oculis me intueri, & omnes gressus, oculorum nutus dinumerare & considerare, neque capillum de capite meo casurum absque tua providentia. Immo firma fide credo, quod sis in medio cordis mei adjutor in oportunitatibus, in tribulatione, quodq; sis fidelis & verax, neque unquam uti per Apostolum dixisti patieris me tentari supra id quod possum, immo etsi ambulavero in medio umbrae mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es, atque aded dico eum Propheta posuisti me jam juxta te. cuius manus pugnet contra me, scuto enim circumdabit me veritas tua, & non sines me tentari supra id quod possum, neque eruet me quisquam de manu tua, sed cum ubique & semper mecum sis tecum ego ero & sum, in te vivam & amore tuo, & mandata tua servabo: dixisti enim, & vix dixisti. Gravia non sunt, neque mandas per te vel vicarios tuos, & vires ad exequendum negas. Neque vocas me ad te, & fugis, vis ut te quarā & abscondis te. Quod si contingeret me cogitare, dicere aut facere, quod displiceret tibi, id ex nunc corā te & curia tua tota, & Angelo meo hic presente irritum, & involuntarium declaro; & ut tale in hora mortis, in die iudicii haberi cupio & rogo. Hoc enim solum cupio, credere tibi, sperare in te, & diligere te toto corde, tota anima, totis viribus meis & cum liberū mihi id sit per gratiam tuam ita coram te statuo, & cupio, quoties respira vero ex nunc & in aeternum, quoties oculos mentis, vel corporis elevarero, quoties & dulcissime IESU, te ore vel corde invocarero, toties tot actus fidei, spei, charitatis perfecta elicere, & humiliter rogo pro talibus haberi, imo toties repetitis quot sunt in mari guttae, in arboribus folia, in terra arena, in aere atomi quia infinites plus mereris, & plus tibi debeo, &

Pl. 24.

Tob. 3.

plus tibi volo, & desidero supra omne id quod possum, aut potest
ulla creatura, de te propter te amantissime cogitare, feruentissime
loqui, & te ardentissime amare, non presumptuose, qui minimus sum
omnium diligentium te, sed pro amore quem tibi tibi debeo plus
quam possum, & debetur ab omni creatura quia tu Deus es, & meus
es, & vita mea es, & fiducia & omne bonum meum es. & eris in
aeternum in aeternum & per infinita saecula eris mihi omnia Deus
cordis mei & omnia. Amen.

JACVLATORIA.

Joan. 18. 7

Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, o anima mea, ut bi-
bam illum.

Ioan. 19.

Non haberes (o aduersitas) potestatem aduersum me ullam, nisi
tibi datum esset de super.

Psal. 5.

Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae coronaasti nos.

Zach. 2.

Qui tetigerit vos tangit pupillam oculi mei.

Act. 9.

Domine, quid vis me facere.

1. Pet. 5.

Omnem sollicitudinem uestram proiicite in eum, quoniam ipsi est
cura de uobis.

CAPVT XVIII.

De Notis salutis, quibus in tanta incertitudine
cognoscere quis potest in uita ac uia termino an
rectam tenuerit.

1. Pet. 1.

HORTATUR nos Apostolus Petrus, ut per bona
opera certam faciamus uocationem nostram: ni-
hil enim maiori studio faciendum est; nihil maiori so-
lacio cognoscitur in tanta salutis incertitudine: idcir-
co post longam tractationem uarioum exercitiorum,
post decursas uias tres, uitaeq; pia navigationem, por-
tus securi atque salutis signa iuvat considerare.

Greg. 1. 22.
mor. 6. 21.

Nota autem uirtutis cuiusque iuxta D. Gregorium
gradus esse tres. Primus est firmum habere uirtutis
propositum. 2. ita firmum illud esse ut tentationibus
ab ea homo non deducatur. 3. eiusdem officia alacri-
ter obire.

Rom. 10.

Primum salutis signum est fides uiva & simplex:
qua corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confes-
sio